



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LIV. An Christus sola vi & effectu descenderit ad inferos?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

cum Bucero; *Fabula sunt, loca inferni dico subterranea.* 4. Afferit cum Beza, Iustorum animas ante Christi ascensum in celo degisse, sed nec vidisse, nec visuros Deum ante extremitati diem iudicij.

3. Wittakerus ita pronunciat: *Non fuerit inconveniens, Infernum interpretari Sepulcrum, in quod descenderit, id est, illatum sit Christi Cadaver.* Sic impio latine, quam Christiane, loqui collubuit.

4. Bullingerus ibid. in Act. 2. *Totum hoc de Descensu nihil aliud esse videtur, quam eius exposito, quod obscurius erat dictum: Mortuus & sepultus est. Cum enim non satis clarum videretur in Symbolo, Mort. & Sep. est: protinus ad evidenterem expositionem rei, adiecerunt Apostoli, Descendit ad inferna, hoc est, verè mortuus. & sepultus est.*

AUTOR. Vah, profanos Metamorphitas! Iam diu Caluinus imò in tartari barathro desperatum damnatum que versauit Christum infandè; nunc in descensum Christi ipse ad sepulcrum ascendit semper Christo in contraria rendens.

I. Verum, te appello Beza: *Quid in mentem venit tibi vocem ad vsque per Scripturam interpretari sepulcrum?* 1. In sepulcrum igitur tibi an ad infernum ruit è coelis tu? ille Lucifer? 2. Quò minæ remittebant Capharnaum? Ila. 4. *Dixisti: in cælum concendam.* &c. veruntamen usq; ad infernum detrueris. Luc. 8. 3. Rogant dæmones, ne mitteret eos Iesus in Abyssum. 4. Num sepulturis egebant spiritus? Gen. 37. *Descendam lugens ad filium meum in infernum?* A fera pessima deuoratum rebatur Iacob: non sepulcro conditum seu corpus, seu animam gnati. 5. Matt. II. *Etsu Capharnaum usq; ad cælum exaltaberis? Usque ad infernum descendes.* Quod urbis tantæ capax sepulcrum est?

II. Deinde Caluinum auditum, cui in Psychopannychia placet, ad subinde quidem pro sepulcro capi; at plurimum pro damnatorum statu. Qua causa Caluinus haud, vt Beza, adeò id acriter vrget contra Scripturam. Incepitus igitur à Caluino, *Instit. lib. 2. cap. 16. § 1.* & coniunctus erroris Beza, sese corredit; inique sequenti librorum suorum editione emisit id expunctum. Expunxit in libro, non in cerebro vel animo.

III. BEZA sciugulat ipsum Commentar. Act. 2. Non derelinques animam &c. dicens: *in meridi cœctiunt, qui per infernum non intelligent sepulcrum.* Atque idecirco istud, Luc. 16. *Et sepultus est in inferno.* &c. crucior in hac flamma: vultu ponit oportere figurare: *Quasi inflammati, sic crucior in hoc sepulcro:* Proinde Erebus, Orcus Poëtarum sunt fabelle.

ATQ; verò idem libro contra Breitium ait, *t; in meridi cœctiunt, qui ex his toria Epulonis non deducit locum inferorum damnatorum.* Ibidem defendit Bullingerum, vera inferorum loca esse subterranea docentem ex Num. 16. Ergo contra Brentium vbiquistam quod adstruit; destruit idem contra orthodoxos gallus bisaux.

VERE autem ad inferos descendit Christum luculentè docet Bellarm. lib. 4. de Chrys. c. 12. 14.

QVÆSTIO LIV.

An Christus sola vi & effectu descendit ad inferos?

ZWINGLIUS lib. epp. Epist. 2. *Descensus Christi ad infernos fortè quasi potentialiter intelligenda est, quod scilicet mors eius etiam eos, qui apud inferos erant redemerit.* 2. **BULLINGERI** in Ador. c. 2. illa diatyposis est. *In verbo, Descendendi, capienda est.* nullus

nallage; Et quod de Persona Christi dici videtur; hoc de
reip/a, id est, Redemtionis vi intelligatur. Quomodo non
auter ad inferos descendit; quam ad nos è celis quotidie
descendit spiritum nimirum & virtute.

3. CALVINVS Instit. lib. 2. cap. 16. §. 9.
Christi Animam illuc descendere, ut mortuo-
rum animas manumitteret, quid opus fuit?
Ecce negat realem, ut substantialem descen-
sum, adeoque Personalem. Libenter equi-
dem fateor, Christum ipss. illuxisse VIRTUTE
sui spiritus; ut gratiam, quam sapè gestauerant
dunataxat, mundo tunc fuisse exhibitam agno-
serent. Et in fratre. Vim mortis inde amplifi-
cat Petrus, quod ad mortuos usque penetrarit;
dum Pia anime eius visitationis praesenti aspectu
sunt potiss. Contra, Reprobis clarius pat. it, se
excludi ab omni salute. Subditque: Petrus
docere voluit, Communem Vtrisque fuisse mor-
tua Christi Sensum.

LUTHERANI plerique quo ad talem dē-
scensum, tenent contrarium.

AUTOR. Nota hic Lector, Caluinū.
1. Fingere descensum Christi per do-
lores gehennæ toleratos; patet suprà.
2. Negare inferos reales: patebit infià.
3. Locare eum sanctorum animas in cœlo
etiam ante Christi aduentum. 4. Ne-
gare, animas sanctorum à Christo beatifi-
catas. 5. Suam de virtuali descensu
sententiam vult esse certissimam:

Durandus noster in 3. d. 22 q. 3. eandem
suam esse putat probabilem; communē
minime reicit. At cætera omnia Cal-
uinio contraria assertit. Isto solum errat;
sentiens, non esse creditu necessarium
realem Christi descensum secundum es-
sentiam.

Quem ideò, ut verè Durum, reicit:
Bellarm. l. 4. de Christo c. 15. neque audi-
endus est tuendus minus: vti S. Scriptu-
ris, Symboli Apostolici articulo, (quem
S. Augustinus Apost. Thomæ tribuit)
Ecclæ Concilis, Sancto: unque Pa-

trum contrarius Traditioni. Vnde Cō-
cil. Lateran. ait: *Descendit in Anima; re-
surrexit in Corpore; ascenditque pariter in
utroque: Hypostasi tamen nunquam se-
parata siue à Corpore in sepulero, siue ab
Anima in inferno.*

Effectu sanè pluribus tunc Christus in
locis erat; In cœlo, Angelos lætificando;
In terra, compunctionem operando a-
pud pios: Sub terra, illuminando San-
ctos in Limbo præsens: In tartaro, dam-
natos terrificando.

Q V A E S T I O . L V.

*An descendisse ad inferos, sit spiritu
recessisse in Paradisum?*

CALVINISTÆ hinc scilicet argutan-
tur devotuli: Sed deridiculi.

BUCERVUS in Ioan. apud Schlüsselbur-
gium in Theol. Caluin. lib. 2. art. 27. Et
V. Wittakerus contra Duræum, ait: *Infer-
ni nomine Paradisus accipiendus est: ut descen-
dere Christum ad inferos, sit, Spiritum eius, re-
licio Corpore, concessisse in Paradisum.*

CAVLINVS huic errori præbuit ansam,
aperuitque fenestram: idque duobus: 1. Abnegando Limbum, detentosque in eo
Patres adulque Liberatores. 2. Asseren-
do, patres ante Christum Incarnatum in cœ-
lis degisse Coelites sub Altari; non autem vi-
disse Deum.

Isthoc se asscelis Caluinii sat probauit
commentum: ideo tertium excogitarunt,
locum paradisi.

Nos de Limbo postea & nunc de Pa-
radisiā deque cœli Subaltaristis. Sed
breuissimè, vt quibus alibi locus sit pro-
prius pertractandis, in fratre q. 73.

I. DE PARADISO. In hunc descendisse
Christum quidā Caluinistę fabulantur;
sed an, quid, ybinam sit Paradisus, vt pi-
ties